1530. in Novembri

60

Venerabilis Domine Frater in Christo charissime, Scripsit nuper nobis Dominus Capitaneus Lanciciensis Dominam Siedlecka nunciasse sibi, quod Dunineza cum marito suo Domino Krotowski velit venire ad se, rogasseque illum ut ei consuleret, quomodo se erga illos gereret, quicque ad postulata illorum respondere deberet. Nos multum miramur de Domino Krotowski quod approbare videatur factum Dunini, et eius uxoris, quodsi reliqui quoque amici ita facere voluerint, et permiserint se flecti precibus et lacrymis illorum, qui illis et familie illorum perpetuam turpitudinis notam inusserunt, nos etiam omnia missa facimus et ulterius nos odiis et imprecationibus hominum non exponemus. Dolebimus tamen perpetuo si tantam scelus manebit impunitum, conniventibus praesertim illis qui curare maxime deberent, ut ignominia et illis et nobis illata pena debita puniretur bene valete. Datum Cracoviae novembris Anno Domini

Domini 1530.